Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

longe steterunt: et clamaverunt
videntes locum incendij eius dicen-
tes Cuie est similis civitati huic
magne et miserunt pulvere
super capita sua: et clamaverunt
flentes et lugentes dicentes. Ve ve
civitas illa magna in qua divi-
tes facti sunt omnes qui habebant
naves in mari de pretijs: quoniam
una hora desolata est. Exulta super
ea celum et sancti apostoli et prophete
quoniam iudicavit deus iudicium
vestrum de illa. Et sustulit unus an-
gelus fortis unum lapidem quasi
molarem magnum: et misit in
mare dicens. Hoc impetu mittet
babylon civitas illa magna
et ultra iam non invenietur. Et
vox citharedorum et musicorum
et tibicinum et tubicinum non
audietur in te amplius. Et omnis
artifex omnisque artis non inve-
nietur in te amplius: et vox
molendi non audietur in te amplius
et lux lucerne non lucebit in te a-
plius: et vox sponsi et sponse
non audietur adhuc in te: quia
mercatores tui erant principes
terre: quia in veneficijs tuis
erraverunt omnes gentes. Et in
ea sanguis prophetarum et sanctorum
inventus est: et omnium qui in-
fecti sunt in terra:

Post hec audivi quasi vo-
cem magnam turbarum in
celo dicentium
Allelluia. Laus et gloria et vir-
tus deo nostro est. Quia vera et
iusta iudicia sunt eius: qui iu-
dicavit de meretrice magna que
corrupit terram in prostitutione
sua et vindicavit sanguinem
servorum suorum de manibus
eius. Et iterum dixerunt allelluia. Et
fumus eius ascendit in secula
seculorum. Et ceciderunt seniores
viginti quatuor et quatuor animalia
et adoraverunt deum sedentem super
thronum dicentes amen allelluia
Et vox de throno exiuit dicens
Laudate deum nostrum omnes servi
ei eius: et qui timetis deum pu-
sillus et magnus. Et audivi quasi
vocem turbe magne. et quasi vo-
cem aquarum multarum. et quasi vo-
cem tonitruum magnorum dicen-
tium allelluia. quoniam regnavit
dominus deus noster omnipotens
Gaudeamus et exultemus et de-
mus gloriam ei: quia venerunt
nuptie agni et uxor eius preparavit
se. Et datum est illi ut operiatur
se bissinum splendens candidum
Bissinum enim iustificationes sunt
sanctorum. Et dixit mihi Scribe
Beati qui ad cenam nuptiarum ag-
ni vocati sunt. Et dixit mihi hi
verba: verba dei sunt. Et cecidi
ad pedes eius: ut adorarem eum. Et
dixit mihi. Vide ne feceris. Con-
servus tuus sum: et fratrum tuorum
habentium testimonium ihesu. Deum ado-
ra. Testimonium enim ihesu est spiritus
prophetie. Et vidi celum apertum: et
ecce equus albus: et qui sedebat
super eum vocabatur fidelis et verus
et cum iustitia iudicat et pugnat
Oculi autem eius sicut flamma ignis
et in capite eius diademata mul-
ta: habens nomen scriptum quod ne-
mo novit nisi ipse. Et vestitus e-
rat veste aspersa sanguine: et
vocabatur nomen eius Verbum di
Et exercitus qui sunt in celo seque-
bantur eum in equis albis vestiti bis-
sino albo et mundo. Et de ore eius
procedebat gladius ex utraque parte
acutus: ut in ipso percutiat gentes